



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

Residentia Scimabaræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

Prius te torquebo, & si non promiseris te discessurum, non te sol-
uam. Sic fecit, & iuuenis liber à dæmone corporèque integer
evasit.

In loco, dicto Moriama, octogenariam anum gentilem iam in
tertium annum lecto affixam inuisit Christianus, cui Ecclesiæ cu-
ra eo loci incumbēbat, in sanctæ nostræ fidei mysteriis instruxit,
& ad Christum confitendum adduxit. Vnus è Patribus nostris, vo-
catus, eam salutari aqua perfudit, animaque eius postera luce ad
cælos euoluit.

Alia quoque femina gentilis eum dictum Christianum mortu-
proxima euocasset, nec tempus superesset vocandi Patrem, ab eo-
dem, quantum temporis permisit angustia, & breuiter in doctrina
Christiana instituta est, & baptismi sacramento expiata. Quo fa-
cto mox è vita excessit.

Annosus quidam senex, qui manu victum parabat, grauissimis
vexatus doloribus, cogitabat sibi vim inferre, ignarus quantum
crimē eare committeret. Idem Christianus aliquoties hominem
conuenit, sed quia surdus erat, putabat nullo modo eum posse
de peccatis confiteri. Fortè autem accidit Patrem huius Resi-
dentia iter per hunc locum habere, eaque occasione hūc senem,
quem iam olim nouerat, inuisit. Ergo animat eum ad confessio-
nem; diuina gratia mirabiliter adiuuante intellexit; cōfessus est,
& mox animam Deo reddidit.

RESIDENTIA SCIMABARÆ.

A Peccatis expiati hoc anno sunt 6410. Cælesti pane refecti
600. Aspersi piaculari aqua adulti 633. Ecclesiæ nouæ ex-
citate quatuor. Qui priore vxore repudiata alteram super-
in duxerant cum magno offendiculo cum prima sunt recōciliati;
infestis odiis diuulsi, vinculo caritatis deuincti; Omnes multum
beneficio Confraternitatum proficiunt. In ditione Mijæ cū grā-
dis quadam Ecclesia, multorum hominum capax, ipsorum ferè
Christianorum sumptibus ædificaretur, etiam femina opera suā
in apportandis lapidibus, & lignis è siluis aliisque rebus secundū
cuiusque vites, contulerunt. quorum exemplo excitari Christiani
Scimabareses magno ardore & ipsi cœperunt ligna, saxa, cæte-
ramque materiam necessariam ad templum exædificandum con-
uehere, iamq; copiosa stips in eam rem collecta est. Aream cœme-
tium amplissimam, quæ seruiat humanis Christianorum corpo-
ribus. Egenos iuuant elemosynis.

In loco dicto Vno maior pars hominum confessionis beneficio quæ olim languidior erat, vta est hoc anno. Et nunc templum habent, in quo sacrum & conciones audiant, dum inuisoribus tribus. In Taira plures quadringentis gentilibus Christo necesse dederunt, qui mixti erant Christianis. Ex eadem ora aliquot veneti aliique homines sceletati pulsi sunt.

RESIDENTIA CANZVSE.

HOc anno ad sacrum lauacrum admissi sunt mortales 40, matrimonio iuncti 60, confessi peccata ter mille octingenti, plus minus, præter eos, qui ter in anno commiserunt, numero 400. Omnes, siue urbem siue villas euan in montibus incolant, doctrinæ Christianæ sunt scientissimi, etiam puella mulieres coniugata: nulla siquidem villa est, quæ non habeat Ecclesiam, & hoc anno veteribus accessere quatuor novæ. Locum nullus est, in quo nõ necessaria vestis & victus pauperibus sepe inuisus. In Cuchonorau & Canzusa omnia iam parata sunt ad excitandam Ecclesiam. Illa Cuchonorana ex pecunia leëmofynæ nomine cotrogata a Christianis erecta est, & ex illius alia quadam in honorem D. Virginis non potuit, conuenit & religione populi celebrata.

Hoc anno decem aut duodecim viris restituta sunt uxores, quas repudiarant. Actum quoque est, ut quadam, quæ decem a viro separata alteri in ditone gentili iam nupserat, ad legitimum maritum rediret: quod factum est cum magna omnium lætitia: eoque ampliore, quo ex diuortio facto maior omnium tristerat tristitia.

Conscelerato mori faciendi abortus, & ante baptismum infantes enecandi, medela posita est: sic prorsus, ut impræsentiarum ipsi infandum scelus hotreat, ac certum publicum pro eo cogando cogant.

In quodam loco pauperes duo coniugati gemellos vno partu effuderant, consultò alterum e medio tollunt: res deferunt ad Confraternitatis præfectum. is communicato cum Patre consilio ordinavit, ut vterque coram toto populo in Ecclesia magna delæuissent usque ad sanguinem, postquã frater noster in malitiam & atrocitatem sceleris exposuisset. Quod factum Christianis magnæ fuit edificationi, tum a presentibus aderant, tum absentibus, ad quorum aures sum ore & sermonibus perlatus est. Confitendi mos tempore infirmitatis sic vbiq; iam receptus est, etiam